



I. N. J.

P R A E F A T I O.



Cclesiam inde à suis primordiis heterodoxorum falsiloquiis semper turbatam fuisse, non puto ullum, qui vel leviter sacræ Historiæ cognitionem attigerit, ignorare. Tempore enim Apostolorum jam dum florens Hæresiarcha Simon Magus tam copiosam suæ indolis prolem reliquit, ut pessimum lolium ab eo tempore usque huc è puro Ecclesiæ tritico eradicari nulla ratione potuerit. Nam tanta brevissimo temporis spatio incrementa cepit, ut postquam à Centuriatoribus Magdeb. Cent. I. l. II. c. XI. modo tres, (quanquam ab aliis plures) numerati fuerint hæretici, præter Simonem Magum scilicet Menander Magus & Cerinthus, sic instar zizaniæ hoc pessimum hominum genus seipsum multiplicaverit, ut numerum novies ternarium superantem in sequenti statim Centuria secunda cap. iterum XI. hæreticos videlicet XXVIII. recensitos invenire liceat. Et hinc illæ lacrumæ, quas merito verus Ecclesiæ sinceræ

Patro-

A 2